



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Sulpicio ep[iscop]o. Cap[itulum]. xciiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sancto Sulpicio epo.

Cap. xciiij.



Sulpicius epi

scopus de ciuitate bituricensi. claris parentibus ortus: puerilibus annis mie operibus intentus erat. Quadam nocte cum duobus pueris vigilans: vidit eos a duobus spiritibus terribilissimis de ecclesia eici: signoque crucis demones effugauit: inde multas antiquorum hostis insidias propeclusus christi gratia superauit. Sed dum fama eius crebresceret: ad instigationem lotharij francoꝝ regis ab austregisillo bituricensi. episcopo in diaconum ordinatus: deinde in abbatem eligitur: ac demum defuncto austregisillo in episcopum sublimatur: quod meruit primam agram sedem. Hic multis reuocatis signis egros sanabat: et demones effugabat. Die quadam dum ignis rectum domus eius inuasisset: signo crucis opposito tandem per a incensum stetit: donec flammam extinguit. Alias etiam cum ignis domum altam incenderet: et mulier quadam prosegere quam ibi in terra reposituerat sollicita ceteris: signum crucis edidit: per a flammam: mandans ne illud transire presumeret: et extunc ignis ac si mons interiectus fuisset seipsum consumpsit. Cum quedam arbor excisa super puerum alius intentus caderet: factus accurrat: et signo dextero arbor erectam in partem oppositam cedere compulsa: sicque puerum liberauit. Latro quidam ut furaret: eius promissum peruenit inuadit: et nocte tota circumiens exitum minime reperit: reualuit. Ad quem dum factus mane misisset familiam: latro suspendium merens in puteum lxxx. passuum se precipitauit: auxilium sulpicii nihilominus inuocando: quem vir dñi de puteo extractum illesus reperit: compunctum ad penitentiam recepit: sicque de necessarijs prouidit. Leuita quidam contra eius mandatum ad domum suam pergere uolens cecitate percussus erat: tota nocte se mouere nequibat: et rediens de inobedientia penitentiam egit. Quadam uice in ecclesia cum clericis suis prociens: orationem precibens strepitus demonum et infestationes tumultus plures sensit: adeo ut putaret ecclesia euerti: nec ab oratione cessauit: donec omnis fantastica illusionis euanuit. Quadam hominem cui die sancto pasche lingua pendenti manus securi adherens aruit: lachrymis et suffragiis tota nocte scabens mane sanatum remisit. Qui plenus diebus in pace quiescit. vii. kal. februarii. Sepulchrum in biturica ciuitate.

De cathedra sancti petri rome. Cap. xc.



Cathedra

sancti petri apostoli: quam in urbe romana primum ut summus pontifex sedit: facta est anno quarto claudij imperatoris: que ideo ceteris ab ecclesia minime celebratur: quia huius memoria sub festo alterius cathedre: que petrus

primum antiochie sedit: ut dicitur. viij. kal. martij. Nam quibus beati petri in urbe roma fuerit sedes principalior: illa tamen celebris agit: quia fuit tempore prior: et honorificentia potior. Beatus ergo apostolus stolus postquam antiochie septem annis sedit: hierusalem uenit: et cum simone mago discepcionem habens: eum inde fugauit: et cum ipse roma uenisset comparuit: eum insecutus est: et quarto anno claudij roma uentis a fidelibus reuerenter suscipitur: et in cathedrali sede sublimatur: in qua sedit annis xxv. et sic vicariatus christi in terris. xxxij. annis tenuit: ad quod tempus nullus romanoꝝ pontificum exinde deuenit: sicut et eius nomen nemo se uocari presumpsit. Duos autem pontifices petrus sibi coadiutores ordinauit. unum intra urbe scilicet linum. alium extra urbe scilicet clerum: ut dicit iohannes beletus: ipse uero predicationi insistebat. Quodstrax autem usque ad presens eius cathedra: in qua rome fuit presens exaltatur in ecclesia uidelicet sancti petri: ubi et antiquis et uenerabilibus reliquijs conseruatur: et dicitur quod nullus papa in ipsa sede aliquando sedere presumpsit. Celebratur autem festum huius cathedre uidelicet romane sedis. xv. kalen. februarii: ut in martyrologio hieronymi reperitur.

De sancta Prisca uirgine et mar. Cap. xcvi.



Prisca uirgo et mar

tyr passa est in urbe roma sub claudij cesare anno. iij. imperij sui: que filia fuit nobilis ciuis: quae ter consulatum in urbe habuerat: quaz in ecclesia reperta orationem ministrum impatoris ceperunt et duxerunt ad claudium: iussuque eius ad templum apollinis ductur: ut ibi sacrificaret: sed dum orationem iudisset ad dominum: facta terremoto corruit idolum: et quarta pars templi diruta est: et oppressit multitudinem paganorum cum sacerdotibus idolorum: imperator uero territus fugit. Demon autem per acra clamabat: sed expulsus de habitatioe sua: in quap annos sexaginta quatuor manserat: qui ex eo die de urbe electus fuerat cum spiritibus nonagintatribus sibi subiectis. Tunc imperator iussit uirginem alapis cedi: que lumine de celo superfusio: et uoce dominica confortata est. Die sequenti iussit eam claudius expositam flagellis uerberari: et post hoc fustibus macerari: que a christo consolata: facie ut stella splendens apparuit. Missa est igitur in carcerem: et pinguedine ad ipsum dissoluta: toto corpore iussu cesaris perungitur: ut sic maleficia soluerentur: que nocte tota cum multitudine sanctorum psallens audiebatur: sed dum mane eam limenius imperatoris consanguineus educere uellet: odore perfusus ingressus carcerem reperit illam in throno sedentem et angelorum multitudinem circumstantem: et dum sedem euertere uellet: circumstantes angeli disparuerunt. Cum igitur ante cesarem staret: et ipsam